



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Dubium IV. An excuset dispensatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

dum impedimentum, alioquin peccare contra præceptum de Missa: non tenetur tamen quis sibi procurare valetudinem aut liberationem è carcere, uti antè dictum, & habet communior sententia cum *Suar. Bonac. Fagund.* & aliis, pro quo disparitatem dat *Gob.*, quia qui excommunicatur, peccavit contra Ecclesiam, & illi est contumax, sed qui ægrotat vel tenetur carcere, per hoc non peccavit contra Ecclesiam, nec illi contumax est, ergo Ecclesia respectu hujus meritò est indulgentior, & non astringit præceptis illis. An autem quis teneatur sibi pretio Missam privatam procurare domi, aut audire, si gratis possit habere à sacerdote sponte legente vel aliunde stipendiato, dicemus l. 3. p. 1. n. 676.

§. XIV. Ex hætenus dictis constat, & rectè notat *Ills.* in hac quæstione non posse dari unam generalem regulam, sed attendendâ esse mentem legislatorum & finem legum, quæ quandoque faciliùs quandoque difficiliùs patiuntur apponi impedimentum, quod discere oportebit ex usu proborum & judicio prudentum: sic lex jejunii permittit assumi laborem honestum, cum quo jejunare non poteris, non item lex Missæ vel Horarum &c. Et circa jejunium vide dicenda l. 3. p. 2. n. 1334.

DUBIUM IV.

An excuset dispensatio.

R. In jure humano dispensatio legislatoris, vel parem potestatem habentis, facta ex justa causa, excusat à transgressione præcepti. Est communis. *Sanch. Azor. 1. p. l. 5. c. 15. Salas d. 20.* Ratio est, quia cum sit auctor suæ legis, potest quemvis excipere.

ff 4

Dixi

" Dixi 1. *Ex justa causa*: quia si temerè, & sine
 " causa dispense, tenet quidem dispensatio, peccat
 " tamen tam dans, quàm petens dispensationem,
 " contra jus naturale, dictans partem debere confor-
 " mari suo toti, nisi justa causa excuset. *Sanch. lib. 8. d.*
 " 18. *Suar. Fill. 11. 21. n. 438.* & quidem ut vult *Suar.*
 " mortaliter: venialiter, ut *Pontius* apud *Dian.* quem
 " v. p. 8. t. 3. R. 8. 9. & 10. Si dubitet, an causa sit justa,
 " posse dispensare, vult *Sanch.* contra *Bonac.* qui dicit
 " peccare. Et si autem causa sit justa, non tamen tene-
 " tur dispensare, nisi cum vel jus præcipit ex ea causa
 " dispensare, vel necessarium est ad commune bo-
 " num, vel spirituale poenitentis, vel ad avertendum
 " grave damnum, aut publicum scandalum, & sine
 " dispendio fieri potest. *Dian. R. 27. & 28.* contra
 " *Suar. Sanch. &c.*

" Dixi 2. *legistoris*: quia dispensatio inferioris
 " in lege Superioris sine justa causa, invalida est, ac
 " proinde non excusat à transgressione præcepti. Ra-
 " tio, quia qui nomine alterius sine causa dispensat,
 " dissipat. *Suar. l. 6. c. 19. Sanch. d. 17.*

" Validè autem & licitè inferior potestate ordina-
 " riâ dispense ex justa causa in lege Superioris, 1.
 " Circa levia, hoc est, quæ sub mortali non obligant,
 " et si facilis sit ad Superiorem recursus, 2. Circa ea,
 " quæ frequenter occurrunt, v. g. in jejuniis, cele-
 " brandis festis, &c. 3. Circa ea, quæ ita sunt propria
 " uni communitati, ut non conveniant aliis. 4. Quan-
 " do recursus ad Superiorem difficilis est, sive quan-
 " do est necessitas, & periculum in mora. *Dian. R.*
 " 2. ex *Gran. Salas, Gordon. Palao,* qui addit 5. Si
 " consuetudo præscripserit, ut inferior dispense. v.
 " *Dian. R. 95. 6.* Quando est dubium negativum, an
 " casus egeat dispensatione: Quo casu, secundum *Pa-*
 " *laum.* non opus est dispensatione, cum præsumptio
 " sit pro libertate. *Barbos. Dian. p. 3. t. 6. R. 28. p. 4. t.*
 " 3. R.

3. R. 46. p. 8. t. 3. R. 72. & 95. Unde resolves:

I. Pontifex sine justa causa non potest dispensare in lege Dei, nec Episcopus in lege Ecclesie. Sanch. n. 3. Suar. N. 1. q. 1. cc.

II. Dispensatio in voto vel juramento, sine justa causa, etiam à Papa facta, est invalida. Suar. Sanch. l. cc.

III. Valida est, si Superior per errorem justam causam arbitretur, aut etsi non arbitretur, (& temere dispense) re ipsa tamen fit. Sanch. l. c. Azor. Sa. Salas, num. 8. Similiter si dispense, causam, quæ re vera legitima est, non præcognitâ; probabiliter tamen valere docet Sanch. Dian. R. 19. 21. & c. contra Azor. cc.

IV. In dubio de valore dispensationis, validam cense, eò quòd præsumatur in favorem actus, nec pereat, probabile putat Sanch. & c. cum Dian. p. 3. t. 6. R. 9. p. 4. t. 3. R. 45. 64. p. 8. t. 3. R. 62. contra Molin. & c. cc.

V. Habens potestatem generalem dispensandi, potest etiam secum dispensare directe & immediate, Sanch. Dian. p. 8. t. 3. R. 16. contra Suar. cc.

VI. Valet dispensatio obtenta per vim, aut metum. (modò causa sit justa) Item data sine ullis verbis, solâ mente. Turrian. Dian. R. 17. 76. p. 4. t. 4. R. 118. cc.

VII. Qui impetravit dispensationem, (v. g. in impedimento dirimente matrimonium) & per ignorantiam, vel simplicitatem expressit causam falsam, eum validè contrahere matrimonium, dicit Pontius de matr. l. 8. c. 16., ex Cap. Cum inter, de sent. & re judic., sed contrarium tenet Palau. tr. 3. d. 6. p. 16. §. 5., ex Cap. super litteris, de re script. vide Dianam p. 8. t. 3. R. 69. cc.

VIII. Subditus bonâ fide dispensationem pe-

F f 5

tens,

605

799

“tens, rationibus Superiori allatis, potest dispensatione impetratâ esse securus, v. *Lay. l. 1. t. 4. c. 22. n. 27.*

“ IX. Peccat, qui aliquem inducit ad dispensandum sine causa, vel allegatâ falsâ causâ, *N. v. v. Sanch. 18. de matr. nu. 8. Fil. tr. 10. n. 314. Salas di. 20. f. 6 n. 58.*, qui addit, id verum esse, et si dispensans excusetur ob bonam fidem.

“ X. Dispensatio potest impetrari, non tantum pro ignorante, sed etiam invito, quando necessitas exigat. *Sanch. Beca. contra Sua. v. Dian. p. 8. t. 3. R. 86. 87.* Id tamen locum non habet in ea, quæ impetratur ex Pœnitentiaria Romana, nisi impetretur à personis conjunctis, vel consanguineis intra quartum gradum, vel saltem à Confessario. *Marcus Leo. in praxi p. 1. f. 14.*

“ *Quares.* An cessante causâ dispensationis, cesset ipsa

“ *Resp.* Pro hoc servient sequentes Regulæ.

“ 1. Si tantum impulsiva, seu minus principalis causa cesset, manet dispensatio.

“ 2. Et si cesset pars causæ motivæ, seu principalis, manet dispensatio, v. *Dian. p. 8. t. 3. R. 62.*

“ 3. Si commissâ facultate dispensandi, priusquam dispensetur, cesset omnino causa principalis, nulla est dispensatio.

“ 4. Si dispensatione redactâ ad actum irrevocabilem, cesset tota causa, non ideo cessat vel vim amittit: v. g. dispensatum fuit in impedimento consanguinitatis, propter paupertatem forinix, licet contracto matrimonio divitias obtineat, non est irritum. Idem est, si beneficium per dispensationem obtinueris, & postea cesset causa, ob quam dispensatum fuit.

“ 5. Si factâ dispensatione cesset omnino causa finalis,

finalis, & actus possit facile revocari: v. g. dispensatum est in voto castitatis propter vehementes tentationes, quæ postea cessant, an reviviscat votum? vel in Præcepto recitandi Horas, jejunandi, &c. propter infirmitatem, & postea convalescit, an teneatur recitare, jejunare, &c. Affirmat *Sanch. Amic. Portel. Bonac. Leon. &c.* quia aliàs non esset justa. Negativam tamen sententiam probabilem, & in praxi tutam esse censet *Dian. p. 8. t. 3. R. 24. ex Sal. Gran. &c.* si quidem dispensatio fuerit absoluta: quia obligatio legis semel extincta non reviviscit: & quod destructum est, non reproducitur, nisi ab eo, qui producere potest, *vid. Suar. de leg. c. 22. Laym. Prap. &c.* qui rectè id concedunt, quando non est de re dividua & successiva, aliàs negant. Unde de suppositâ probabilitate sententiæ negativæ *Gran. Dian. &c.* sequentes casus (in quibus tamen alii meliùs contrarium sentiunt) resolvunt.

I. Cum quo dispensatum est propter morbum in esu carniùm, potest vesci, licet omnino convalescat.

II. Cùm quo propter infirmitatem dispensatum est in voto religionis, postquam convaleuit, non tenetur *Dian. p. 6. t. 7. R. 45.*

III. Cum quo propter oculorum infirmitatem dispensatum fuit in onere recitandi horas, etsi convaleverit, non tenetur legere.

A P P E N D I X.

De Dispensationibus S. Pœnitentiariæ.

Quia ex officio S. Pœnitentiariæ multæ dispensationes (& gratis quidem) impetrari possunt, saltem pro foro conscientiæ, operæ pretium censui, quædam circa hujus rei praxim Pœnitentibus & Confessariis utilia hæc subnectere.

Et